



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XIII. De gula.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



quantum facit eam abesse ab eo qui commutat. & ideo si quis pecuniā suam alteri concedat ad vsum cōmutationis, qui est proprius pecunię, & pro hoc vfu pretium aliud quærat vltra sortem, erit contra iustitiam. Si vero aliquis concedat alteri pecuniam suam ad vsum alium quo pecunia nō consumitur, erit eadē ratio quæ est de rebus illis quæ ipso vfu nō consumuntur, quæ licite locantur & conducuntur. vnde si quis pecuniam signatā in saculo concedat alicui ad hoc qd ponat eā in pignore, & exinde pretium accipiat, nō est vīura, quia nō est ibi cōtractus mutui: sed magis locatio & conductio, & eadem est ratio si quis concedat alteri pecuniā ad vsum ostentationis: sicut econuerso, si quis concedit alteri calcamenta ad vsum cōmutationis, & ex hoc aliud pretiū quæret vltra calcæorum valorem, esset vīura.

Ad xv. dicendū, qd vīura ibi metaphoricè dicitur superexcrefcere spiritaliū bonorū, quas Deus requirit a nobis pp nostram vtilitatem. Ex metaphoricis aut locutionibus nō pot argumentatio trahi.

Ad xvii. dicendū, qd aliud est cōsentire alicui in malitia, aliud est vti malitia alicuius ad bonum. Ille enim alicui in malitia cōsentit, cui placet vt ille malitiā exerceat, & ad hoc forte eū inducit & hoc semper est peccatum. Vtitur autē malitia alicuius, qui hoc qd aliquis malū facit, retorquet ad aliquod bonum, & sic et Deus vtitur peccatis hominum, ex eis eliciens aliquod bonum. Vnde & homini dicitur licet vti peccato alterius in bonum, & hoc patet per Aug. qd Publicolæ quærenti vtrum liceret vti iuramento eius, qd per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat, respondit qd qui vtitur fide illius quem constat iurasse p Deos falsos, & hoc non ad malum, sed ad bonum, non peccat o illius se associat, quo p dæmonia iuravit: sed pacto bono eius, quo fidē seruauit. Si cui tamen placeret qd alius p falsos Deos iuraret, & ad hoc eum induceret, peccaret. Similiter dicendum est in proposito, qd si aliquis propter aliquod bonum vtatur malitia usurarij, accipiens ab eo mutuum ad usurā, non peccat: si vero persuaderet qd mutuarer suam pecuniam ad usurā ei, qui mutuari ad usuram paratus non esset, absq; dubio in omni casu peccaret, tanquam peccanti cōsentiens.

Ad xviii. dicendum, qd si quis ea intentione pecuniam alicui vsurario committeret, vt exinde lucrum vsurarium quæret, absq; dubio peccaret tanquam cōsentiens in peccatum. & idem videtur dicendum de eo qui concedit pecuniam suam scienter ei, de quo credit quod vtatur ea ad vsurarium lucrum, quod alias exercere non posset. Si vero aliquis pecuniam suam vsurario tradat aliās vsuras exercenti, non vt ille lucretur, sed propter suam necessitatem, magis vtitur malitia eius quā in peccatum ipsius cōsentiat, vel materiam peccandi ei tradat. & ideo hoc absque peccato fieri potest.

Ad xix. dicendum, qd pro nullo incommodo corporali vitando debet homo cōsentire in peccatū alterius: sed tamen pro aliquo incommodo vitando potest homo licite vti malitia alterius, vel materiā ei nō subtrahere, sed præbere. sicut si latro aliquem iugulare uellet, & ad vitandum mortis periculum aliquis latroni thesaurum suum diripiendum detegeret, non peccaret, exemplo illorum decem virorum, qd dixerunt ad Ismael, Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro vt habetur Hierem. 41.

Ad xx. dicendū, qd hoc qd filij Israel vasa mutuo accepta asportauerunt, non fuit furtū, quia res illæ in

D. 1327.  
Esitto. 154.  
nō multum  
peul a prin.  
tom. 1.

eorum dominium transferunt auctoritate eius est Dominus omnium.

QVAESTIO XIII.

De Gula.

In quatuor articulos diuisa.

- ¶ Primo enim quæritur, vtrum gula sit peccatum.
- ¶ Secundo, Vtrum gula sit peccatum mortale.
- ¶ Tercio, Vtrum conueniēter assignetur spēs peccati.
- ¶ Quarto, Vtrum sit vitium capitale.

G Vtrum gula semper sit peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

**Q**VÆSTIO est de gula, & primo quæritur vtrū gula semper sit peccatū. & vtrū qd non. Nullus enim peccat in eo quod vitare nō pot, vt Aug. dicit in libro de arb. sed gulā nullus vitare pot. Dicitur Greg. in 30. Moral. qd per esum uoluptas necesse miscetur. Quid necessitas peccat, & quid uoluptas suppetat, ignoratur, ergo gula non est peccatum.

¶ 2 Præ. Aug. dicit 10. Confes. Quis es Dominus aliquantulū extra metas necessitatis cibum non mutat: sed hoc ad gulā pertinet. gula ergo nō peccat. Non ergo gula est peccatum.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in 2. de Lib. arb. quod dicitur in culpa est, ubi natura, & necessitas dominatur. Naturā gulæ natura & necessitas mouet, ergo quod gula non sit peccatum.

¶ 4 Præ. Sicut Philoso. dicit in 2. de Anima. Est appetitus cibi, ergo immoderata est appetitus moderatus appetitus cibi sumendi, in quo consistit ratio gulæ: sed non est in potestate nostra moderare esuriamus, ergo vitare gulam nostra potestate nostra. Non est ergo peccatum.

¶ 5 Præ. Aug. dicit 10. Confes. Hoc me bonum quem admodum medicamenta, sic alimenta carnis accedam: sed in sumptionem medicamentorum non ponitur aliquod peccatum, ergo vitare quod nec gula, quæ consistit circa sumptionem mentorum, sit peccatum.

¶ 6 Præ. Oē peccatum opponitur alicui vitari: ut extremū medio, ut patet per Philo. in 2. sed gula nō opponitur tēperantia: vel sobrietati: ut extremū medio, quia oporteret qd vitaretur per defectum sumptionis cibi, quod esse falsum: quia hoc pertinet ad abstinentiā in ieiuniis, & aliis huiusmodi. gula ergo non est peccatum.

**S**ED CONTRA, Illud uidetur esse peccatum quod sicut p hostē a spiritali cōsuetudine impeditur sed gula est hōi, dicit enim Gregor. 30. Malum ad cōsuetudinem spiritalis agonis non affertur nō prius intra nosmetipsos hostis positus, quod delicit appetitus, domatur, ergo, gula est peccatum.

**R**ESPONDEO. Dicendum, quod sicut dicitur in 4. cap. de diuin. nomi. Malum animæ est peccatum rationem esse, unde in quibuscumque cōsuetudine a regula rationis discedere, in his cōtingit peccatum. Nihil enim est aliud peccatum, quod actus inordinatus sive malus. Cōtingit autem regula rationis discedere, & in actionibus exterioribus & in interioribus animæ passionibus debent per regulam rationis ordinari.

c. 17.

o. p.

o. p.

K



tanto in aliquibus passionibus magis cōtingit eē peccatum, quanto hōi passiones difficilius regulā rationis subduntur. inter oēs aut passiones difficiliss est delectationē secundū rōnem ordinare, & maxime delectationes naturales, quæ sunt contemporaneæ uitæ nostræ: & hōi sunt delectationes in cibis & potibus; sine quibus humana uita trāhgi nō pōt: & iō circa hōi delectationes plurimū a regula rationis disceditur. Quādo uero concupiscētia hōi delectationum transcēdit regulā rōnis, est peccatum gula: unde dī q̄ gula est immoderatus appetitus edendi. Non aut peccatū gulæ cōsistit circa exteriores actus, circa ipsam s̄sumptionē, nisi ex cōsequētī, in quā tum. s̄ ex inordinata concupiscētia cibi procedit: sicut est in oibus alijs uitijs, quæ sunt circa passiones. Vnde Aug. dicit in 10. Confes. Non ego immoderantiā obsonij timēo: sed immoderantiā cupiditatis. Vnde patet, q̄ gula principaliter esse dī circa passiones: & opponit tēperantiē, put est circa cōcupiscētiā & delectationes, q̄ sūt in cibis & potibus.

Ad PRIMVM ergo dicēdum, q̄ regula rōnis hec est, ut homo sumat cibum secundum q̄ conuenit sustentationi naturæ, & bonæ habitudinis hominis, & conuersationi eorum cum quibus uiuit, ut dicitur in 3. Ethic. Quando ergo secundum hanc regulam rationis appetit aliquis, & sumit cibum, secundum necessitatem sumi: quando uero ultra hoc excedit, transcēdit regulam rationis a medio uirtutis discedens ut satisfaciat uoluptati. Sed sicut Philo. dicit in 2. Ethic. a medio uirtutis quandoque quod multum receditur, & istud de facili percipi potest, quandoque autem parum receditur, & istud est imperceptibile: unde parum hēt de rōne peccati, & quantū ad hoc intelligendū est uerbum Gregorii.

Ad SECUNDVM dicēdū, q̄ non quicq; sumit cibi extra metas necessitatis, peccat uitio gulæ. pōt enim cōtingere q̄ id, quod credit sibi eē necessariū, sit superfluum. & tunc concupiscētia cibi non est immoderata, quia non recedit a regula rōnis. Gula autem sicut dictum est, non importat primo & per se immoderata cibi sumptionem: sed immoderata concupiscētiā sumptionis ipsius. Mensura aut ipsius sumptionis cibi sumitur s̄m regulā naturæ corporalis. unde magis pōt esse cognita s̄m artē medicinæ q̄ secundum rōnem prudentiæ, secundū quam tamen pōt diiudicare, utrum concupiscētia sit moderata uel immoderata: quāuis de facili nec hoc cognosci possit, ubi non multum a rōne disceditur, sicut dictum est: sed hoc homo præcipue pōt ex auxilio Dei. & ideo Aug. post uerba inducūta subdit, Quisquis est, qui non sumit cibum extra metas necessitatis, magnus est, magnificet nomen tuum.

Ad TERTIVM dicēdum, quod ad sumendum cibum natura & necessitas inducit: sed in actu gulæ transcēditur naturæ necessitas, secundum quam ratio concupiscētiā moderatur.

Ad QUARTVM dicēdū, q̄ duplex est appetitus cibi, unus q̄ dē appetitus naturalis, s̄m q̄ uis appetitiua, retentiuā, digestiua, & expulsiua deseruiunt nutritiua, quæ est potentia animæ uergetabilis. & talis appetitus est elurics, quæ nō d̄ sequitur aliquam apprehensiuā: sed sequitur naturæ indigentia. unde excessus elurici nō est peccatū moris: sed magis peccatum dimittit, uel totaliter excusat. Alius est appetitus sensitiuus d̄ consequens apprehensionē in quo sunt aiæ passionēs. & huius appetitus immoderata concupiscētia in sumendis cibis, habet rōnem gulæ.

la. unde ratio procedebat ex æquiuoco.

Ad QUINTVM dicēdum, q̄ alimenta conueniūt cum medicamentis in hoc, q̄ utraque sumuntur contra defectus naturæ corporalis: sed potest in eis attendi differentia quantum ad duo. Primo quidem, quia medicamenta sumuntur secundum regulam artis medicinæ. unde in sumptione medicamentum si sit inordinatio, magis imputatur medico danti quam infirmo sumenti. Alimenta uero, ut pluries sumit homo proprio arbitrio: & ideo sibi imputatur ad peccatum, si propter immoderata concupiscētiā delectationis ciborum superflue cibi assumat. Secundo differūt, quia sumptio medicamentorum non est delectabilis, sicut sumptio alimentorum, & ita in sumēdis medicamētis non est peccatū ex inordinata cōcupiscētia delectabilis, sicut est in sumptione ciborum. Tñ si quis infirmus de aliquo delectabili medicamēto sumeret ultra debitum, contra consiliū medici propter cōcupiscētiā delectabilis, similiter peccaret uitio gulæ.

Ad SEXTVM dicēdum, q̄ superfluum & diminutum & medium accipitur in uirtute morali, non secundum quantitatem absolutam, sed secundum proportionem ad rationem rectam. secundū quā medium uirtutis determinatur, ut patet ex ipsa definitione uirtutis in 2. Ethic. & ideo contingit, q̄ aliquando uirtus tenet extremum secundum quantitatem absolutam; quæ tamen tenet medium secundum proportionem ad rationem rectam sicut in 4. Ethic. Philoso. dicit de magnanimo, q̄ magnitudine quidem est extremus, quia. s̄ ad maxima tendit, eo autem q̄ ut oportet, medius. Sic ergo uirginitas, & paupertas, & ieiunium extremum tenent secundum quantitatem absolutam: quæ tamē tenent medium s̄m proportionem ad rationem rectam, a qua si quis deficiat, etiam per superflua abstinentiam est peccatum. Vnde & Grego. dicit 30. Moral. Plerumque dum plus iusto caro restringitur, etiam ab exercitio boni operis eneuatur, ut ad orationem uel prædicationē non sufficiat, dū inuentia uitiorum funditus inffocare festinat. & sic dum hostem insequimur, etiā ciuem quem diligimus, trucidamus.

ARTICVLVS II.  
Vtrum gula sit mortale uitium.

SECVNDO queritur, utrum gula sit peccatū mortale. & uideretur q̄ sic, quia Heb. 3. 2. Super illud, Ne quis fornicator aut p̄phanus, ut Esau, dicit Glo. q̄ Esau fuit p̄phanus, quia gastrimargus id est guttosus sed tñ nullus dicitur p̄phanus, nisi propter peccatum mortale. ergo gula est peccatū mortale. ¶ 2. Præ. Virtutes non tolluntur, nisi per peccatum mortale: sed per gulam tolluntur uirtutes. Dicit. n. Grego. 30. Moral. Dominante gulæ uitio, oē quod fortiter egerunt perdunt, & dum uenter nō restrigitur, simul cunctæ uirtutes obruantur. ergo gula est peccatum mortale. ¶ 3. Præ. Omne quod corrumpit medium uirtutis, corrumpit uirtutem quæ in medio consistit, & p̄ consequens est peccatum mortale. sed gula corrumpit medium uirtutis, sicut dictum est. ergo gula est peccatum mortale. ¶ 4. Præ. Grauius peccatum est q̄ homo occidat se ipsum, quam q̄ occidat alium, & similiter grauius peccatum est uir, q̄ aliquis inferat nocumentum suo corpori q̄ corpori alterius: sed per gulā inferi nocumentum proprio corpori. Dī enim Eccle. 27. In multis escis erit infirmitas, & propter crapulam.

Quæst. di. S. Tho. Y lam

Lib. 2. cap. 6. tom. 5.  
Lib. 4. cap. 3. non remoue a prin. ca. 5.  
Lib. 2. ca. 28. parum aute mediam.

Glo. ordinata lib.  
Ar. præced. in corp. 26. ad 3.



lam multi obierunt. ergo gula est peccatū mortale, sicut & ira quæ tendit in nocentem proximi.

¶ 6 Præt. Peccatū mortale cōsistit i auerfiōe a Deo: sed gula auerit hoīem a Deo, quia facit hominē idolatrare, fm illud Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. fm honorē idoli. Facit etiā fornicari. Dicitur enim Osee 4. Comedent & non saturabuntur: fornicari sunt & nō cessauerūt. ergo gula est peccatum mortale.

¶ 7 Præt. Hierony. dicit in lib. cōtra Iouinianū. Ciborū auiditas, quæ est auaritiæ mater, quibusdā uinculis animā ligat: sed anima nō ligatur nisi per peccatum mortale. ergo gula est peccatum mortale.

¶ 8 Præt. Hieron. in codē lib. dicit, q̄ contra naturā est per uoluptates desuere: sed illud quod est cōtra naturam, est peccatum mortale, quia oportet q̄ etiā sit contra rationem. ergo gula, quæ cōsistit in quodam uoluptatum fluxu, est peccatum mortale.

¶ 9 Præt. Oē illud peccatū est peccatum mortale, cuius effectus etiā est peccatū mortale: sed effectus gulæ sunt peccata mortalia semp, quia super illud Psalmistæ. Qui percussit Aegyptū cum primogenitis eorū, dicit Glo. Luxus, superbia, auaritia, sunt quæ primo generat ueter. ergo gula ē peccatū mortale.

¶ 10 Præt. Ecclē. 39. dī. Initium rei necessarię uitę hominū, aqua, ignis & ferrū, sal, & lac, & panis simlagineus, & mel, & botrus uue, & oleum, & uelimētum, hęc omnia sicut sanctis in bona, sic impiis & peccatoribus in mala conuertentur. Glo. Peccatoribus, i. abutētibus cōuertētur in mala, id est dānationem eternam: sed abusus illorum bonorum pluries fit per gulam. ergo gula meretur damnationē eternam, & ita est peccatum mortale.

¶ 11 Præt. Illud quod facit hoīem bestialem, est peccatū mortale, & grauissimū: sed in temperantia, cuius pars est gula, facit hominē bestialem, ut philof. dicit in 3. Ethī. ergo gula est peccatum mortale.

¶ 12 Præt. Idolatria est peccatū mortale, sed gula ē idolatria quędam. Dī enim ad Ro. ult. de quibusdā, quōd Domino Christo non seruiunt, sed suo uentri, & ad Philippen. 4. dicitur. Multi ambulat, quorum finis interitus, quorum Deus uenter est. ergo gula est peccatum mortale.

¶ 13 Præt. Greg. dicit 10. Moral. exponēs illud Iob. II. Ipse nouit hominum uanitatē. Ex uanitate, inquit, ad iniquitatē duemur, cum prius per leuia delicta desinuimus, ut usū cūcta leuigante nequaquam post cōmittere etiam grauiora timeamus. & inter alia exēplificat de gula; subdēs. Dum gulę incumbitur, ad leuitatis p̄nus insaniam p̄ditur, & sic gula inter

leuia delicta computatur: sed peccata mortalia dicuntur leuia. ergo gula non est peccatum mortale.

¶ 4 Præt. Aug. dicit in sermonibus de Purgato. Quoties aliq̄s in cibo aut potu plus accipit, quam se est, ad minuta peccata nouerit pertinere: sed accipere in cibo uel potu quā necesse sit, pertinet ad gulam. ergo gula non est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, q̄ cum quæritur de peccato in generali, utrū sit mortale, debet inquiri quæstio, utrū sit mortale ex suo genere: quæcut in superioribus multoties dictum est, in quibet genere peccati mortalis, puta, ut homicidii, adulterii, potest inueniri aliquis mortis, quæ est peccatū ueniale: & similiter in quolibet genere peccati uenialis potest inueniri aliquis actus, qui est peccatum mortale: sicut in genere uerbi oculo cōfertur ad finem peccati mortalis: species autem realis actus sumitur ex obiecto: unde si obiectum est aliquis contrariatur charitati, in qua mortalis cōsistit, necesse est q̄ illud peccatum mortale ex suo genere, uel ex sua specie, sicut blasmia ex suo obiecto cōtrariatur charitati, quæ ad dilectionem Dei, & homicidium quantum ad dilectionem proximi: unde utrumque est peccatum mortale. Peccatum autem gula cōsistit in concupiscentia inordinata delectationis ciborū, ipsa ciborū delectatio ē in se cōsolidata nō cōtrariatur charitati, neq; quantum ad dilectionē Dei, quantum ad dilectionē proximi: sed fm q̄ additur inordinatio, p̄t quodammodo contrariari, & quomodo non contrariari: Concupiscentia enim in delectabilis p̄t ē inordinate dupliciter. Vno modo, sic q̄ excludat ordinē finis ultimi: q̄ quætingit q̄ talē delectationē homo appetit in tantum, eo q̄ nō est possibile unius hoīs esse fines ultimos: & talis inordinatio repugnat charitati quantum ad dilectionē Dei, q̄ debet diligere in tantum. Alio modo, cōcupiscentia p̄t esse inordinata in tantum, quæ sunt ad finē, saluato ordinē charitatis: puta, cum aliquis cōcupiscit nimium cibum, non tamen sic concupiscit ut p̄p̄t quendam uellet transgredi diuina præcepta inordinatio non repugnat charitati. Est autem gula inordinatio concupiscentiæ; non tamen ratione eius inordinatio tollens ordinem finis: Et ideo gula secundū rationem suę speciei, non est peccatum mortale: sed p̄t quandoque peccatum mortale, & quandoque ueniale, sicut iam dictos duos inordinationis modos.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Esau p̄p̄tus prophanus est, q̄ in eo tanta fuit inordinatio concupiscentiæ cibi, quōd propter cibum peccatum genuit caquæ, unde quodammodo uidetur delectationem cibi concupiscere tanquam finem inordinatio concupiscentiæ, q̄ aliqd̄ p̄p̄t inordinatio concupiscentiæ. Vno modo directe, p̄p̄t inordinatio concupiscentiæ, & sic tollit uirtutes gula quæ est peccatum mortale, sicut & c. peccata mortalia. Alio modo indirecte, & sic ē peccata uenialia tollunt uirtutes, dī Ecclē. 28. Qui spernit modica, paulatim deperdit uirtutes.

AD SECVM dicēdū, q̄ oē peccatum mortale corrūpit mediū uirtutis in actu. Nō esset peccatum, nisi a medio rōnis discederet: habitu uirtutis non tollit nisi illud peccatum cōtrariatur charitati, a qua omnes uirtutes procedunt: & secundū hoc gula quæ est peccatum mortale non corrūpit mediū uirtutis in habitu: sed

Lib. 2. in fol. 4. a principio libri 10. 2.

Loco nunc proximo citato.

Glo. ordin. ibi ex Cas. Rodoro.

Glo. interlicaris, ibi.

LL. c. 10. in fine rom. 5.

Lib. 10. c. 21. parum ante mediū 10. 2.

Lib. 10. c. 14. ante mediū.



Ad quartum dicendum, quod nocentum proximi est per se obiectum irae. appetit enim ira vindictam iniustam, quae consistit in proximi nocentem: sed nocentum proprii corporis non est proprium obiectum gulae, sed consequitur quandoque ad obiectum praeter intentionem, & tale nocentum est praeter rationem gulae. Si quis tamen scienter per immoderatam concupiscentiam cibi graue suo corpori nocentum inferret, nimis comedendo, & nocentia sumendo, non excusaretur a peccato mortali.

Ad quintum dicendum, quod illa prohibita facta ad non sicut prohibito uitij gulae, quia poterat abique: omni uitio gulae potum illud comedit si prohibito non inuenisset: sed illud fuit praecipuum disciplinae, ut homo experiretur quid interesset inter obedientiam bonum, & inobedientiam malum, sicut Aug. dicit super Genes. ad litteram. Unde primum peccatum hominis non fuit gula, sed inobedientia sive superbia.

Ad sextum dicendum, quod gula dispositiue inducit ad idolatriam, & luxuriam: non autem ita quod haec duo sint de ratione gulae: unde non sequitur quod peccatum gulae sit peccatum mortale: quia etiam peccatum ueniale, potest disponere ad mortale.

Ad septimum dicendum, quod peccatum mortale simpliciter ligat animam, in quantum impedit eam ne per se ipsam possit redire in ordinem charitatis: sed peccatum ueniale ligat animam secundum quid, in quantum impedit uirtutem in actu, & sic gula aliter ligat animam secundum quod est peccatum ueniale, & aliter secundum quod est peccatum mortale.

Ad octauum dicendum, quod ratio hominis est natura: unde quicquid est contra rationem, est contra hominis naturam. sic ergo effluere uoluptatibus est contra naturam hominis in quantum transcendit regulam rationis, uel tollendo ordinem finis, quod est simpliciter esse contra rationem, uel tollendo ordinem eorum quae sunt ad finem, quod est esse contra rationem secundum quid, uel magis esse praeter rationem.

Ad ix. dicendum, quod illa tria dicitur esse effectus gulae in quantum gula ad illa uitia disponit: sed ex hoc non sequitur quod gula semper sit peccatum mortale.

Ad x. dicendum, quod uti est referre aliquid in ultimum finem qui nos beatos facit: unde proprie illi abutuntur rebus creatis, quae in eis finem constituunt, non referendo eas in finem ultimum, & hoc meretur damnationem tam in gula quam in alijs peccatis, per quae homo sic abutitur rebus creatis.

Ad xi. dicendum, quod Philosophus non dicit quod in temperantia simpliciter faciat hominem bestialem: sed quia talibus delectationibus gaudere, & maxime eas diligere est bestiale: & hoc ideo, quia huiusmodi delectationes sunt in quibus cum bestijs communicamus. Aliae enim delectationes sunt propriae hominum. Ille autem maxime has delectationes diligit, qui in eis finem constituit.

Ad xii. dicendum, quod illi seruiunt ueteri suo tanquam Deo, quod in delectationibus ciborum ad uentre pertinendum finem constituunt, quod in solo Deo est constitutum.

Ad ea uero quae in contrarij obiciuntur, de facili patet responsio. procedunt enim de gula secundum quod est ueniale peccatum. Oportet autem respondere ad secundum, quod uidetur ostendere quod gula nullo modo sit peccatum mortale, quia non contrariatur alicui praecipuo. Dicendum est enim, quod praecipua decalogi praecipunt & prohibent ea quae manifeste ratio naturalis habet, ut fiant uel non fiant. Cadunt enim in conceptione communi, unde non omnia pec-

cata mortalia directe contrariantur praecipuis decalogi: sed per quandam reductionem: sicut prohibitio simplicis fornicationis reducit ad hoc praecipuum, Non machaberis, & similiter prohibitio gulae secundum quod est peccatum mortale, per reductionem contrariatur praecipuo de sanctificatione sabbathi, per quam intelligitur spiritualis quies, quae impeditur per immoderantiam gulae.

ARTICVLVS III.

Quotnam & quae sint gulae species.

tertio queritur, de speciebus gulae, quas Gregorius assignat 30. Moral. dicens, Quinque modis nos gula uitium tentat: aliquando namque indigentia tempora praenit: aliquando cibos lauiiores querit: aliquando quae sumenda sunt, praeparari accuratius appetit: aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectiois excedit: aliquando ipso actu immensi desiderii aliquis peccat: & continentur in hoc versu.

Præpropere, laute, nimis, ardentem, studiose.

videtur autem quod inconuenienter istae quinque species gulae distinguatur: differunt enim praedicti modi gulae secundum diuersas circumstantias, quia praepropere respicit tempus, laute respicit substantiam cibi, & sic de alijs: sed circumstantiae cum sint accidentia actuum, non diuersificant species, ergo secundum praedicta quinque non debent distingui diuersae species gulae.

¶ 2. Praet. In quolibet peccato contingit transgredi regulam secundum diuersas circumstantias, sicut illiberalis accipit quando non oportet, & ubi non oportet, & similiter secundum alias circumstantias: non tamen in hoc distinguuntur diuersae illiberalitatis species, ergo etiam, neque sunt distinguendae diuersae species gulae, secundum praedicta quinque.

¶ 3. Praet. Sicut tempus ponitur una circumstantia: ita etiam locus & substantia peccantis. Si ergo secundum tempus accipitur una species gulae, debent etiam aliae species accipi secundum locum, & secundum septem alias circumstantias, ut sint septem uel octo species gulae.

¶ 4. Praet. Secundum Philosophum in 3. Ethic. temperantia cui opponitur gula, est circa delectationes gustus, non in quantum est gustus, sed in quantum est tactus sed laute & studiose uidentur pertinere ad bonitatem saporis, qui est proprium obiectum gustus, ergo inconuenienter secundum illa duo assignantur species gulae.

¶ 5. Praet. Aug. dicit 10. Confes. quod populus in erenu, non quia carnes desiderauit: sed quia escae desiderio aduersus Deum murmurauit, meruit improbari. sed Greg. 30. Moral. dicit, quod populus despecto magna cibos carnis petiit, quos lauiiores putauit. ergo appetere lauta cibaria non uidetur pertinere ad peccatum gulae, & sic uidetur quod praedictae species gulae inconuenienter assignentur.

In contrarium est auctoritas Gregorii huiusmodi species distinguentis.

RESPONDEO. Dicendum, quod in distinguendis speciebus moralium actuum, oportet praecipue attendere ad motiua, quae sunt propria obiecta actuum uoluntariorum, eo quod obiectum mouens uoluntatem est sicut forma ipsius. unde actus uoluntarii distinguuntur secundum diuersa motiua, sicut actus rerum naturalium secundum diuersas formas

Quaest. dist. S. Tho. Y 2 agentium

D. 1012. B.

Li. 10. ca. 27. in principio illius.

Lib. 3. ca. 10. com. 5.

Li. 10. cap. 21. com. 1.

Li. 30. ca. 7. paulo a prima scripto.

Lib. 30. in principio illius.



*Vtrum gula capitale vitium sit.*

**Q**uarto queritur, utrum gula sit vitium capitale, & videtur quod non. Sicut enim contingit esse delectationem in sensu gustus & in aliis etiam in alijs sensibus: sed circa delectationem aliorum sensuum non ponuntur aliqua vitia capitalia. ergo neque gula quæ est circa delectationem gustus, debet poni vitium capitale.

**¶ 2 Præ.** Superbia s'm Greg. 31. Moral. non ponitur vitium capitale, sed regina vitiorum, quia ex ea vitia oriuntur: sed ebrietas est radix omnium vitiorum. Dicitur enim in Decretis dist. 35. Ante oia debet vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fons & nutritrix est. Ebrietas autem est quedam species vitii ergo gula non debet poni inter vitia capitalia.

**¶ 3 Præ.** Vnum vitium capitale non numeratur inter filias alterius: sed immunditia quam Greg. 31. Moral. filiam gulæ, pertinet ad luxuriam, secundum illud Ephes. 5. Omnis fornicatio & immunditia &c. ergo cum luxuria sit vitium capitale, quod gula non sit vitium capitale.

**¶ 4 Præ.** Appetere læta est proprie proprium perborum, ut Bernardus dicit: sed superbia est filia alicuius vitii capitalis. Cum ergo inebrietas ponatur a Greg. filia gulæ, videtur quod non sit vitium capitale.

**H** IN CONTRARIUM est quod Gregor. 31. Moral. gulam inter alia vitia capitalia.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut in precedentibus questionibus dictum est, vitium capitale dicitur quo alia oriuntur secundum rationem causalitatis, in quantum scilicet obiectum alicuius vitii multum a pluribus appetibile: & præcipuum tum habet aliquam similitudinem cum fecit quam omnes naturaliter appetunt. Vnde in conditionibus felicitatis est delectatio, in qua licitas esse non potest, & ideo peccatum gula non est circa unam maximam delectationem, sed & potibus consistentem, est vitium capitale.

**I**tem autem ex gula vitia quedam, quæ enascuntur, secundum ea quæ consequi possunt moderatam delectationem in cibus & potibus quidem considerari potest, vel ex parte corporis ponitur gulæ species immunditia, cuius potius facili sequitur ex nimia cibi sumptione: vel considerari ex parte animæ, cuius est regere corpus, regimē impeditur multipliciter per immoderatum delectationem in cibus & potibus, & primo quantum ad rationem, cuius acies hebetatur nimia sumptione cibi, vel solitudine circa lætiam ipsius: quia perturbatis inferioribus vitiorum ratio per consequens impeditur, & sic ponitur gulæ hebetudo sensus circa intelligentiam.

**K**do, sequitur inordinatio in affectu, qui committitur gubernaculo rationis inordinate affectum, incepta lætitia. Tertio sequitur inordinatio in opinionibus, & sic est multiloquium: quia dum res ponderat, consequens est ut homo ad verba se dilabatur. Quarto sequitur inordinatio in appetitu, est scurrilitas, iocularitas quedam in exterioribus gestibus, proueniens ex defectu rationis, cuius exteriora membra componere. Sic ergo est gula vitium capitale, & eius filia sunt quinque, ut Greg. 31. Moral. incepta lætitia, scurrilitas, multiloquium, immunditia, & hebetudo sensus circa intelligentiam.

agentium. Contingit autem quæque, quod idem motuum est causa quod homo transgrediat medium virtutis s'm diuersas circumstantias: & tunc s'm diuersas circumstantias inordinatas non sumuntur diuersas species peccati. sicut in avaritia mouetur homo ad rapiendum aliena, & in tempore in quo non debet, & in loco in quo non debet, & a personis a quibus non debet, per vnum & idem motuum. sicut congregat pecuniam, & ideo s'm hoc non diuersificatur species avaritiæ. Si vero essent diuersa motiua ad peccandum, sic essent diuersæ species avaritiæ: puta, si ad transgressionem quarundam circumstantiarum inclinaretur per defectum dationis, ad alias autem per superabundantiam acceptionis. Sic ergo dicendum est, quod predictæ species gulæ distinguuntur s'm diuersa motiua, ut n. dictum est, peccatum gulæ, consistit in concupiscentia inordinata delectationis ciborum: huius autem inordinatio potest referri, vel ad delectationem, vel ad ipsam concupiscentiam. Causa autem delectationis potest esse vel naturalis, vel artificialis. naturalis quidem, sicut cum aliquis superflue querit delectari in esu pratoriarum, & electarum rerum, s'm illud Amos. 9. Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: causa autem artificialis delectationis, sicut cum aliquis superflue appetit cibos nimis delicata præparatos. Quatum ergo ad primum modum dicitur laute, quantum ad s'm studiose. Ex parte vero concupiscentiæ, potest inordinatio diuersificari s'm diuersa motiua tripliciter. Concupiscentia, n. est quidam motus appetitiue virtutis in delectatione tendens. Inordinata autem uehementia motus etiam in corporalibus secundum tria potest attendi. Primo quidem antequam perueniat ad terminum, in quem tendit: & sic motus uehementis festinat ad terminum peruenire. Similiter & concupiscentia quando est inordinata uehementis, non potest pati dilationem cibi: sed ad esum festinat, & sic accipitur hoc quod dicitur. Præpropere. Secundo uehementia motus consideratur in ipsa punctione ad terminum, quia quod uehementer mouet corporaliter, inordinate coniungit ei in quod tendit, & similiter quod concupiscentia cibi est uehementis, inordinate homo se habet circa cibi sumptionem, & ad hoc punitur quod dicitur ardentem. Tertio consideratur inordinata uehementia motus corporalis postquam peruenit ad id, in quod tendit, quia non sinit iocunde sed ulterius procedit, & similiter quod aliquis immoderate concupiscit cibum, non sinit concupiscentia eius in cibo moderato, quæ natura requirit, sed ulterius sumit, & ad hoc pertinet quod dicitur nimis.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod predictæ species non diuersificantur propter diuersas circumstantias, sed propter diuersa motiua, ut dictum est, & per hoc etiam patet solutio ad secundum & tertium, quia non semper transgressio diuersarum circumstantiarum habet diuersa motiua.

**A**D QVARTUM ergo dicendum, quod gulosus non delectatur in cibus lauis, & studiose præparatis per iudicium saporum. sicut faciunt qui uina probant, quod est proprium gustus in quantum est gustus, huius enim delectationis inordinatio magis pertinet ad curiositatem quam ad gulam, sed delectatur gulosus in ipsa sumptione cibi lauis, & studiose præparati, quæ quodam sumptio est per quendam tactum.

**A**D QVINTUM dicendum, quod comedere lauta cibaria non est peccatum, ut August. dicit, sed concupiscentia inordinata lauti cibi potest esse peccatum, secundum intentionem Gregorii.

In argum. i. huius articuli ponuntur. Arti. i. huius quærit.

In corp. arti.

Li. de confel. c. 31. non remore a sine tom. 1.



AD PRIMVM ergo dicendum, qd delectationes aliorum sensum consequuntur coniunctionem rei delectabilis secundum solam similitudinem: sed delectationes tactus consequuntur coniunctionem rei delectabilis corporalē. & ideo circa delectationes tactus, sicut circa principiores & maiores ponuntur uitia capitalia, & non circa delectationes aliorum sensuum, nisi gustus secundum quod est tactus quidam.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex ebrietate sequuntur omnia peccata, non secundum originem causae finalis, sed secundum prohibentis remotiorem, in quantum stre mouet iudicium rationis, per quod homo a peccato cohibetur. unde non sequitur quod gula uel ebrietas sit caput omnium uitiorum, sicut superbia: sed quorundam specialiter quae directe ex gula oriuntur, sicut proprii eius effectus.

AD TERTIVM dicendum, quod pollutio corporis potest provenire ex causa animali, puta, ex concupiscentia delectationis apprehensae, & hoc principaliter pertinet ad luxuriam: uel ex causa corporali & intrinseca, scilicet superfluo humore interius abundante, ex quo stimulat homo ad corporis pollutionem, & secundum hoc immunditia ponitur filia gulae.

AD QVARTVM dicendum, quod superbia est appetere laeta: sed gulf est ut ex ea letitia inepra sequatur propter rationem impeditam, ut dictum est.

A 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. potest etiam contingere quod nec ratione finis; puta, si aliquis fornicando intendat generare prolem ad cultum Dei nutriendam. ergo videtur quod non omnis fornicatio sit peccatum.

¶ 4. Præter. Secundum Philo. in 15. de Animalibus Semine est superfluum alimentum: sed alia superflua licitum est qualitercumque emittere, & hoc fit absque peccato. ergo uel quod similiter hoc contingit in emissione feminis. Non ergo omnis actus luxuriae est peccatum.

¶ 5. Præter. Illud quod est peccatum ex genere, non licet fieri quocumque bono fine, sicut illud Rom. 7. non est sicut quidam dicunt nos dicere. Faciamus mala ut ueniant bona: sed sicut dicit Commenta. 5. Ethic. episcopus, id est, uir uirtuosus committit adulterium cum uxore tyranni, ut tyrannum interficiens liberet patriam. ergo & adulterium non est secundum se peccatum. Multo ergo minus alii fornicationis actus.

¶ 6. Præter. Nullus actus iusti in quantum iustus est, est peccatum: sed fornicatio uel esse actus iustitiae. Dicitur enim Gene. 38. quod Iudas dixit de Thamar cum qua fornicatus fuerat, iustior me est, uel iustificata est ex me, sicut Hebraica ueritas habet, ut Hieronymus dicit. ergo fornicatio non est peccatum.

¶ 7. Præter. Aug. dicit 7. de ciuita. Dei, quod omne uitium est contra naturam: sed fornicatio est contra naturam, quia super illud Ro. 1. Nam feminae eorum immutauerunt naturalem usum, dicit Glo. Naturalis usus est, ut uir & mulier in uno concubitu coeant. ergo non est peccatum.

¶ 8. Præter. Nullum peccatum committitur secundum praeceptum Dei: sed fornicatio quandoque commissa est secundum praeceptum Dei. Dicitur enim Osee 1. Dixit Dominus ad Oseam, Vade sime tibi uxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. ergo fornicatio secundum se non est peccatum.

¶ 10. Præter. Cuilibet uitio quod in superabundantia consistit, opponitur uirtus in diminutione consistens: sed luxuria importat quandam superfluitatem circa concupiscentias delectationum in ueneris. Opposita autem diminutio quae est uirginitatis, uel perpetua continentia non est peccatum: sed laudabile aliquid. ergo neque luxuria semper est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebrae. 13. Sit honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. sed illud pro quo homo subiicitur diuino iudicio est peccatum. ergo fornicatio & adulterium, & omnes huiusmodi actus luxuriae sunt peccata.

¶ 2. Præter. Thobias 4. dicitur, Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & praefer uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire: sed actus luxuriae dicuntur quod sunt praeter legitimam uxoris connubium. ergo omnis luxuriae actus est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod luxuria est quoddam uitium temperantiae oppositum, prout moderatur concupiscentias delectabilium tactus circa uenera. Sicut gula opponitur temperantiae, in quantum est moderata concupiscentiarum circa delectabilia tactus in cibis & potibus. unde luxuria quidem principaliter importat inordinationem quandam, circa concupiscentias delectationum in ueneris secundum superabundantiam, huiusmodi autem inordinatio potest esse uel in solis interioribus passionibus, uel etiam ulterius in ipso exteriori actu, qui est inordinatus secundum se ipsum, & non solum propter inordinatam concupiscentiam a qua procedit: Ad inordinatam enim concupiscentiam pertinet, ut propter concupiscentiam

Quaest. dist. S. Tho. Y 3 tiam

1. de generatione animae lib. c. 19. paulo a principi. tom. 3.

In lib. q. hebraicam in Genesim in 3. folio ante finem libri tom. 3. Li. 4. ca. 11. & lib. 11. ca. 17. August. in li. 2. de superis & concup. c. 19. & 20. to. 7.

QVAESTIO XV.

De Luxuria.

In quatuor articulos diuisa.

¶ Primo enim quaeritur, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum species luxuriae conuenienter distinguantur.

¶ Quarto, Vtrum luxuria sit uitium capitale.

ARTICVLVS I.

Vtrum quilibet luxuriae actus peccatum sit.

QVAESTIO est de luxuria, & primo quaeritur, utrum omnis actus luxuriae sit peccatum, & uideatur quod non. Fornicatio enim est actus luxuriae: sed ipsa connumeratur quibusdam, quae non sunt peccata, sed secundum se licita. Dicitur enim Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere oneris uobis quam haec necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum, & sanguine suffocato, & fornicatione: sed nullus cibi estis secundum se est peccatum, secundum illud 1. Tim. 4. Nihil rei sciendum quod cum gratiarum actione percipitur. ergo neque fornicatio est peccatum: & ita non omnis actus luxuriae est peccatum. ¶ 2. Præter. Cognoscere mulierem est actus naturalis, & ita quantum est de se non est peccatum, sicut nec uidere ipsam, cum utrumque sit actus eiusdem naturalis potentiae: sed uidere mulierem non suam non est peccatum. ergo neque cognoscere non suam. ¶ 3. Præter. Si fornicatio est peccatum, aut hoc est ratione potentiae a qua egreditur actus, aut ratione materiae, aut ratione finis: sed fornicatio non est peccatum ratione potentiae, quia potentia a qua egreditur actus, naturalis est: neque etiam ratione materiae, quia materia est femina ad hunc usum a Deo creata, secundum illud Gene,

